



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimooctavo. De Secvndo Precepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

DECIMO OCTAVO.
DE SECUNDO PRÆCEPTO.

Op^o secūdi
præcepti.

¶ Ecce hæcenus tractauimus primum opus, & primum præceptum, & tamen breuius, crallius, & in transitu, vt de q̄ plura possint dici. Nunc igitur per sequentia præcepta queramus opera laus. Est igitur secundum & proximum opus post fidem op^o secūdi præcepti, vt dei nomen honoremus, nec eo in vanum vnamur, Quod non minus, quam omnia alia opera, sine fide fieri non potest. Si autem sine fide fit, nihil est prorsus, nisi mera hypocritis & species. Post fidem nihil possumus maius facere, quam dei laudem, honorem, nomē, laudare, predicare, cantare, & modis omnibus extollere & magnificare. Et quamuis superius dixi, & verum est, nullam esse in operibus differentiam, vbi fides & est, & operatur, id tamen ita intelligendum est, quando cum fide opera conferuntur. Sed comparando opera cum operibus, habent discrimen, & vnum est altero sublimius. Sicut em̄ in corpore membra, quod ad sanitatem attinet, nihil habent discriminis, & sanitas perinde in vno atq; in altero operatur, sunt tamen interim membrorum opera diuersa & separata, & vnum altero aliū, nobilius, & commodius, ita & hic dei nomen & gloriam laudare melius est operibus aliorum præceptorum, & tamē oportet id ipsum non minus q̄ reliqua præcepta omnia in eadē fide procedere. Sed scio hoc operis parui fieri, sed & ignotum esse factum, ideo diligentius inspiciamus, contentū dixisse, vt hoc opus in fide & fiducia fiat, deo placeat. Imo nullum est opus in quo ita euidenter & efficaciter sentias fiduciā & fidem, vt in cultura nominis diuini. Et mirificum est adiumentum fidei & augendæ & confirmandæ, quamuis & oīa opera ad id ipsum p̄sunt. Vt S. Petrus 2. Petri. 1. dicit. Frares magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.

DECIMONONO.

¶ Sicut primum præceptum prohibet, ne habeamus alienos deos, interim præcipiens vnum eundemq; verum deum colendum, per firmam fidem, fiduciam, benevolentiam, spem, & charitatem, quæ sola sunt opera quibus vnum deum habere, colere, & seruire possumus. Nā nullo alio ope pot̄ deus, vel impetrari, vel amitti, quā sola, vel fide, v̄ incredulitate, fiducia v̄ desperatione. Nec em̄ aliquid reliquorū operū deum attingit. Ita & in secundo opere prohibetur, ne nomen dei inuani sumamus.

C ij